

2678 L. Ti[*t*]inio L. f. Aem. Sulpiciano | pontif., praef. pro IIvir. et IIvir. quinq.¹, | tr. mil. et tr. mil. pro legato, et praef. quinq. | T. Statili Tauri², patri.

Dyrrhachii (III 605 vidit Heuzey). — 1) *Praefecto pro duoviris et duoviris quinquennalibus, Dyrrhachii.* — 2) *De Tauro cf. supra N. 875; de honore quinquennalitatis ab eo Dyrrhachii suscepto Mommsen Staatsr. II³ p. 828 not. 5 (=II² p. 801 not. 4).*

2679 L. Rustius Picen[s] | tr. mil. vovi[t], | praef. eq. fec[it].

In insula Dalmatiae Lesina (III S. 10094 Hirschfeld vidit ectypum).

2680 Minervae | sacrum | L. L. Volumi | Verus et Severus | praef. coh., tr. mil., | praef. eq.

In agro Tusculano (X 2495 vidi).

2681 . . . tio P. f. Ani. Varo | [pra]ef. fabr., praef. cohort. German., | [pra]ef. equit., trib. mil. legionis V¹, | . . . P. f. Ani. Varo q., pr., pontif., pr. quinq. | Capituli Hernico² | fil. et sibi fecit.

Prope Praeneste rep. (XIV 2960 vidi). — 1) *Hic post praefecturam cohortis ad praefecturam alae, post hanc ad tribunatum legionis promotus est: et ita equestris militiae a Claudio ordinatas esse tradit Suetonius Cl. 25. Tituli tamen reliqui plerique testantur praefecturam alae tribunatu legionis superiorem fuisse. Cf. Hirschfeld Verw. I p. 247.* — 2) *Quaestor, praetor, pontifex, praetor quinquennialis Varus fuerat in oppido Hernicorum Capitulo, quod memorant Strabo 5 p. 258, Plinius h. n. 3, 63, liber coloniarum p. 252; cf. C. X p. 590.*

2682 | Nigri, annos XXXVIII u[n]i¹ | nupta viro summa cum | concordia ad ultimum | diem pervenit, tres ex [e]o | superstites reliquid libero[s], unum maximis municipi honorib. | iudiciis² August. Caesaris usum, | alterum castresibus eiusdem | Caesaris August. summis [eq]u[es]tris³ ordinis honoribus⁴ et iam | superiori destinatum ordini, | filiam sanctissimam probissimo viro coniunctam et ex ea duos | [nepotes] (non pauca perierunt) dedit | quas | rib

In vico Popoli, prope rudera Corfinii (IX 5158 descr. Accursius, partem extremam vidit etiam Dressel). — 1) *Vivi traditur.* — 2) *Cf. Mommsen Staatsr. II³ p. 1082 not. 2 [=II² p. 887 not. 5].* — 3) *FOV . . . (pro EQVES) Accursius; tris litteras, et quae sequuntur, vidit Dressel.* — 4) *Significantur tribunatus cohortis et praefectura equitum, quibus vir ille functus esse putandus est.*

2683 Q. Aemilius Q. f. | Pal. Secundus [*in*] | castris divi Aug. s[ub] | P. Sulpi[c]io Quirinio le[gato] | C[a]esaris¹ Syriae honori bus decoratus², pr[a]efect. | cohort. Aug. I, pr[a]efect. | cohort. II classicae; idem | iussu Quirini censum³ egi | Apamenae civitatis mil[lium] homin. civium CXVII; | idem missu Quirini adversus | Ituraeos in Libano monte⁴ | castellum eorum cepi; et ante | militiem praefect. fabrum | delatus a duobus cos. ad ae[rarium]⁵, et in colonia | quaestor, aedil. II, duumvir II, | pontifexs.